



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Regvlæ Societatis Iesv

Angeli, Bernardo d'

Romæ, 1616

De ijs, quæ Præpositum ad bonam administrationem iuuabunt. Cap. II.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68329](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68329)

iufmodi difpéfatione, ac eius caufa admonere. P. 5. c. 3. §. 4.
 & c. 4. §. 4.
 12 Nomina eorum, qui vota folemnia, Vota folénia
 & fimplicia
 & fimplicia
 notanda.
 vel fimplicia emiferunt, in libro ad hoc pa-
 rato notentur, in Profefsis quidem, & Coad-
 iutoribus formatis cum nominibus admit-
 tentium; in reliquis vero poft biennium cum
 nominibus celebrantium, adnotato loco, &
 tempore, iuxta Conftitutiones.

13 Quas habeat facultates partim ex ijs Vnde cognof-
 cet fuas facul-
 tates.
 quæ ipfi in his regulis conceduntur, partim
 ex compendio facultatum Societatis intelli-
 gat, vt in ijs, quas non habet, fciat ad Supe-
 riorem recurrere.

*De ijs, quæ Præpofitum ad bonam admini-
 ftrationem iuuabunt.*

C A P. I I.

14 **S** It follicitus, ne Minifter, & reliqui of- P. 4. c. 10. §.
 7. & p. 9. c. 6.
 §. 14.
 ficiales fuo defint officio, omiffis alijs,
 quæ poffent impedire.
 Ne Minifter,
 & alij fuo de-
 fint officio.

15 Singulis vel faltem alternis hebdoma-
 dis cum fuis Confultoribus conueniat, (nifi
 pro re nata aliquid extraordinarie effet con-
 fultandum) deque rebus maioris momenti,
 quæ pro temporum, & negotiorum varietate
 occurrunt, cum illis agat: quamquam ijs
 auditis, penes ipfum erit de fingulis ftatuen-
 di facultas. Cõfultationes
 faciendæ.

Admōnitōr, & Consultores libenter audiendi. P. 9. c. 4. §. 4. 16 Consultores, aliosque omnes, cum ei aliquid proponunt, libenter, & benigne excipiat, & præcipue eum, cui Monitoris officium commissum est: efficiatque ut in sua domo, quæ in formula scribendi præscripta sunt, seruentur.

Visitaciones, & ordinationes scribendæ. 17 Habeat librum, in quo scribantur visitaciones Domus à Generali approbatæ; in quo etiam scribantur ordinationes aliæ alicuius momenti, quæ à Generali mittuntur: & quæ perpetuæ fuerint, ab ijs, quæ temporariæ sunt, separatim notentur: alia vero quæ Visitator, & Prouincialis præscripserint, in alio libro scribantur.

Vnde institutum Societatis cognoscat. 18 Institutum Societatis cognoscat ex lectione literarum Apostolicarum, Constitutionum & Decretorum generalium Congregationum: magis autem particularia ex lectione regularum tam communium, quam officij sui, & aliorum, qui sub ipsius cura sunt, ac Prouincialis, & compendij facultatum Societatis, atque ex obseruatione consuetudinum receptorum, ac demum ex recurſu ad Superiorem in ijs, de quibus dubitabit.

Quæ in libellum referenda. 19 Libellum habeat, in quem referat quæcunque sibi ad bonum Domus statum, subinde occurrent, ne memoria excidant, præcipue illa, de quibus ad Generalem, vel Prouincialem scribendum putat.

20 Pro occurrentibus necessitatibus communibus, & priuatis, Missas, & orationes suorum (moderate tamen) iuxta consuetudinem Societatis applicare poterit.

Missas applicare potest.
P. 2. c. 3. §. 2.
& p. 7. c. 2. lit.
M. & c. 4. §. 3.
& 4. p. 10. lit.
B.

De cura nostrorum in spiritu.

C A P. I I I.

21 C Vret, vt cuique in suo officio integram obedientiam ceteri præstent, & officiales Ministro, & sibi etiam omnes; studeatque eisdem exemplo ebedientiæ præire, quam ipse suis Superioribus, quos Christi loco habet, præstare debet.

P. 4. c. 10. §. 8.
Obedientiæ in omnibus curanda.

22 Det operam, vt Constitutiones, & regulæ obseruentur: omnibus domesticis cum omni sollicitudine inuigilet, eosdemque ab ijs, quæ nocere possint domi, & foris defendat, tum præueniendo, tum etiam, si quid mali acciderit, remedium adhibendo.

P. 4. c. 10. §. 5.
& p. 6. §. 1. & p. 10. §. vlt.
In proce. decl.
Obedientiæ Regularum.

23 Efficiat, vt sibi, vel alijs ab ipso deputatis statim tēporibus ratio conscientię reddatur, iuxta modum, qui in officio Prouinciali præscribitur, & instructionem ad reddendam conscientię rationem, à Professis quidem, & Coadiutoribus formatis semel in anno, ab alijs vero bis: & aliquos præterea maturiores Patres assignet, qui eorum confessionses generales excipiant, nisi Prouincialis tunc adsit.

In Exam. c. 4.
§. 36. 38. & p. 6. c. 1. §. 2.
Ratio conscientię.